



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber .XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .XII.

NORE FILII HOMINIS LIBER .XII.



VDIRE DELECTAT, PROPTER gloriam & honorem tuum filii hominis, audire & intelligere dulce est, & gloriosum animal, in contemplando quatuor facies tuas, illud quod dixit Sanctus Ezechiel, ubi propheticis te uidit oculis, iuxta fluuium Chobar. Cum (inquit) aspicerem animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies & caetera. Rota ista nimirum sancta scriptura est, habens & ipsa quatuor facies, & sicut unum animal quatuor sunt animalia, ita & quatuor rotæ sunt una rota, quia sicut habet ipsa prophetiæ series, ipsæ uel eadem sunt rotarum quæ animalium facies. Verus ergo & fidelis sermo, quem dicit, quia

Rota habens quatuor facies, sacra scriptura est. Ezech. 1.

cum aspicerem animalia, apparuit rota una & caetera. Cum enim tu quæcunque es, aspicias hæc animalia, tunc & non prius apparet tibi rota ista, cum (inquam) aspicias uel recipias ista filii hominis sæpe dicta quatuor sacramenta, incarnationem, passionem, resurrectionem, atque ascensionem, tunc uel ex tunc apparet & elucet tibi, quid uelit, quo tendat sancta ueris instrumenti scriptura, rotunda, uolubilis, perfecta, quatuor faciebus, secundum istas quatuor partes distincta.

¶ Quorum partium pro hac ratione prima est liber Geneleos, secunda lex Cerimoniarum, siue sacrificiorum, tertia libri Regum, quarta libri Prophetarum. Nam reuera si in libro Geneleos rite perpendas, quo aspiciat intentio dei, ibi in rota ista facies est hominis. Exempli gratia: Vbi tanta cura est Deo de patrum siue patriarcharum coniugijs, cum dicit: Abraham seruo seniori domus suæ. Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per dominum Deum caeli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanorum, inter quos habito, & caetera: si in isto & in caeteris similibus solummodo res gestas attendis, & non etiam intentionem gerentis Dei, non tibi apparet rota, immò nimis est obscura talis scriptura: si autem aspicias, quid in huiusmodi deus intenderit; intendebat enim in eam, quam ante secula proposuerat, incarnationem uerbi sui, rota apparet, scriptura lucida est, & in rota facies hominis est.

Quatuor partes ueteris testamenti, secundum quatuor facies animarum. Gen. 24

¶ Similiter in legalibus Cerimonijs, in immolatione uituli, arietis & hirci, in omni ritu sacrificiorum, quem per manum Moysi deus ordinauit, si solum quod gerebatur attendis, & non etiam intentionem eius qui hæc fieri mandauit, non tibi apparet rota, immò uilis & abiecta est rota scripturæ litera: si autem aspicias, quia deus intendebat figuram in illis haberi passionis eiusdem incarnati filii sui, quoniam opuserat electis illius temporis per hæc iniciari, rota tibi apparet. Et in ea faciem uituli quod animal eorum, quæ sacrificabantur, maximum est, & hanc ibi faciem agnoscere pium atque honorificum est. ¶ Nihilominus in rebus gestis, rebus bellicis Regum, quorum Dauid primus extitit, de quo sapientia dicit, quia cum Leonibus lusit, quasi cum agnis, & in uris similiter fecit sicut in agnis ouium, ab isto quoque usque ad Iudam Machabæum, de quo sic scriptum est. Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in uenatione: Nonne rota ista faciem habet leonis? Narrat quippe fortitudinem tantam regum, ducumque fidelium, quanta sufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore & re necessaria fuit, contra leones, urso, & pardos, caeterasque feras diaboli: scilicet, primo contra Gentes quæ in circuitu erant, quæ prima & diuturnior fuit gens Philistinum, Deinde contra Assyrios, Babylonios, Persas & Macedones, Macedones siue Græcos, per quos diabolus laborauit extirpare arborem feracem fructus æterni, delere gentem de qua CHRISTVM oportebat nasci secundum promissionem dei, firmatam iuramento ad Abraham, iuramento ad Dauid.

Facies uituli.

Facies leonis. Eccl. 47.

J. Mach. 3

Gen. 17. & 22. Psal. 88. & 101.

Facies Aglæ.

¶ In Prophetis profecto rectissime quartam accipis faciem rotæ, faciem aquilæ uolantis. Illa nanque sacræ scripturæ pars sublimiter uolat, totiusq; intentionis suæ oculos in uerum solem fugit apertos, non solum factis illum significans. Sed quod maius est, maiestatem diuinitatis eius uerbis enuncians. Igitur cum aspicerem (ait) animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies, id est, cum crederem & firmiter tenerem deum dei filium uere hominem factum, uere passum, uel mortuum, uere resurrexisse se à mortuis, & ascendisse in celum: tunc intelligibilis mihi facta est sancta ueteris instrumenti scriptura, continens hæc, & tota tendens in hæc quatuor sacramenta. Alioquin clausa mihi fuisset. Et occulta, ut est usque nunc omnibus illis, qui non aspiciunt hæc animalia, ludæis maxime, qui non recipiunt, qui agnoscere nolunt hæc salutis nostræ sacramenta. Vnde Apostolus: Vsq; in hodiernum diem (ait) id ipsum uelamen ueteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in CHRISTO euacuatur. ¶ Experimento didicimus, & cum gratiarum actione, tanquam experti, uerum esse perhibemus, qd̄ deinde dicitur: quia cum ambularent animalia ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ, & quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum, spiritus enim uitæ erat in rotis. Hoc (inquam) ita esse ut dicitur non solum credimus, uerum etiam oculis nostris ipsi uidemus. Olim antequam ambularent & eleuarentur animalia, non ambulabant neq; eleuabantur rotæ de terra, sed conclusæ erant in sola ludæa, neque enim æditæ fuerant scripturæ plus quam in una lingua, scilicet, Hebræa, & ibi quia non intelligebantur, quasi iacebant in terra. Denique præter paucissimos, gratiam habentes spiritus Prophetici, hoc ipsi nesciebant Hebræi, quod spiritus uitæ esset in rotis, quod in literali structura subesset uigor cœlestis mysterij. Nunc ipsi uidemus, quia rotæ istæ ambulauerunt & ambulantes, ex quo animalia ambulare cœperunt, uidemus quia de angustijs terræ ludææ, de cauernis linguæ Hebræicæ, sanctæ ueteris instrumenti scripturæ prodierunt, & usque in medium Gentium ambulauerunt, ubicunque incarnationis, passionis, resurrectionis, atque ascensionis IHESVS CHRISTI prædicatur aut prædicatum est Euangelium, & ubique iuxta sunt, ut quicquid horum dicat Euangelium, statim paratum consonent testimonium, quod sic oportuerit fieri, nec aliter uenire, siue ambulare aut procedere Messias, quem expectauerant ipsi ludæi: quam uenit, ambulauit, & processit iste filius hominis à Nazareth, iste IHESVS filius MARIAE, qui putabatur filius Ioseph. In quo illud ualde mirum est, & mirabiliter à deo prouisum quod ipsi, qui sunt horum animalium aduersarij, rotas istas gyrant iuxta ea per orbem terrarum in auxilium ipsi: ipsi, qui contra dicunt & contradicere uolunt sæpè dictis quatuor sacramentis, ludæi, per omnes Gentes captiui, scripturas baiulant, sua, id est, Hebræica lingua conscriptas in testimonium ueritatis, atque ita quàmuis nolentes affirmant, quia sic scriptum est: & sic oportuit fieri.

Lucæ 3.

Ezech. 3.

Ezech. 3.

Psal. 118.

Dgressio longa ad Cuno nem de dono superno.

1. Cor. 4.

Iacobi. 1.

¶ Procedamus igitur cepto itinere, inter flexus atque reflexus rotarum currentium, & hæc animalia sequentium, inter uoces alarum animalium, alteram ad alteram percutientium, unde audimus uocem commotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco sancto suo, quoniam gloria hæc est & iste honor, qua gloria glorificatum, & quo honore honorificatum filium hominis, nostra in præsentem opere deuota spectat intentio. Sed quid agis anima? Ut sentio fatigaris, & in procedendo quasi dormire incipis. Dic ergo animalibus istis siue huic animali, uni quatuor facies habenti, dic spiritui uitæ qui est in rotis: Dormitauit anima mea præ te dño, confirma me in uerbis tuis. ¶ Tu sæpè dicte, & sæpè dicende mihi Cuno, uenerabilis pontifex Ecclesiæ Ratisponensis, fatigationis huius causam præbuiisti, & ex te occasio uenit difficultatis, qua nunc animus meus uacillat, & pene fluctuat in uis suis. Ante hoc fere triennium miranti tibi, & scire uolenti narraueram, qualem per euentum accidisset, ut post tam multos sanctos patres Catholicos atque nominatissimos, quorum scripta sufficienter impleuerunt armaria Ecclesiarum CHRISTI, ego omnium, animum inducerem ad scribendum tam copiose, & (ut dicere solitas eras) tam efficaciter, siue utiliter, ut dubitare non possis, quin sit hoc dei donum, & quin ista quoque facultas defursum sit, & descenderit à patre luminum, à quo est omne datum

datum optimum, & omne donum perfectum. Admirationem tibi augebat facilitas conuersionis meae, uidelicet, quia fere nihil in me uidebas de illis praeparationibus sanctorum patrum, quibus in huiusmodi studijs laboraturi, feliciter se praeparauerunt, sicut dei ministros (ut Beatus Apostolus ait) in uigilijs, in ieiunijs, & caeteris bonis, quibus adhibitis clarificari solet sensus hominis, ut recto intuitu mereatur incedere per sanctas ac uenerabiles scripturas ueritatis. ¶ Narraueram ergo tibi causas puero loquacior, lepore timidiore, quamquam scirem, & certus essem, de te non esse uerendum: quippe qui longe ab illis es omnimoda dissimilitudine, quibus interdum illud maxime fetet quod boni odoris est, qualium nimis auersos ac terribiles oculos primus expertus est, somnia sua denarans, puer Ioseph. ¶ Auditis causis, tu homo simplicis oculi, ac totus lucidi corporis, dixisti, scribe haec mihi: Me profusus abnuente, tu iterum atque iterum repetens atque exigens, ut haec scriberem, cum nuda prece nihil obtineres, magnum nimis & forte uinculum, quo me traheres, collo iniecasti, scilicet, adiurationem sancti ac tremendi nominis, per patrem (inquiens) & filium, & spiritum sanctum praecipio tibi, ut haec scribas mihi. Non ignoro, pater & domine mi, quia talis ac tanta uahementia, de radice uel fonte dilectionis prodierit, qua nostra semper opuscula quibuscunque potes, commendare prope ras, homo cuius oblita est inuidia, qui que cum Beato Iob dicere possis: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meae egressa est mecum. Ad hanc partem scilicet, ad meorum commendationem scriptorum, non nihil ualere arbitraris noticiam suae memoriam eorum, quae ut scribam tu tantopere compellis, & pro quibus nimis um uahemens exactor, cum recuarem (ut iam dixi) adiurationem quoque adhibuisti. ¶ Tandem ergo, quoniam parendum est ob reuerentiam nominis domini, recordabor gemituum meorum & diuinae consolationis, uel unum ex patribus orthodoxis in exemplo habens Beatum Hieronymum, qui cum iam multos haberet uel habiturus esset obrectatores, scribere non timuit, quanta super eo cura fuisset supernae Maiestati, ut flagellis caelum depelleret a secularium librorum studijs, atque ad sanctarum compelleret studium scripturarum, profuturum (ut nunc apparet) cunctis per orbem terrarum Ecclesijs CHRISTI. ¶ Primo, hanc ueritatem dicam, quia facultas haec, quam sic amplecteris, & pro qua mihi congratularis, consolatio est miserentis Dei, iuxta beneplacitum sapientiae eius, quae cum dixisset. Noli regibus d Lamuel, noli regibus dare uinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis, continuo subiunxit. Date ficeram mcerentibus, & uinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suae, & doloris non recordentur amplius. Mcerens quippe eram, atque amaro animo incedebam, puer suae adolescentulus, cuius uidelicet mceroris atque amaritudinis causa, ut iam breuiter eloquar, hoc dico, quia sedebam iuxta flumen Chobar. Haec enim lectio nunc mihi erat in manibus, tractanti de quatuor animalibus, siue de quatuor unius animalis faciebus. ¶ Nouit ipsum gloriosum animal, & ipse nouit spiritus uitae, qui est uel erat in rotis: quia cum in exordio libri huius undecim: De gloria & honore filij hominis, ista lectio sese offerret, tunc in mente non habebam, ut hac uice huc diuerterem, tibi que parerem in hac parte, quam uerebar, quod cuius suspecta posset esse praesumptionis & uanae gloriae. Verum ubi iam dictam lectionem attingi, & post contemplationem faciei uultu, procedere uolui, ad contemplantandam faciem tertiam, scilicet, faciem leonis, recordatio tui sese obtulit, instantius atque uahementius, quam eatenus occurrisse senserim, & quasi manu me tenuit, quodammodo dicens mihi: Huc diuerte, quia nisi rem, pro qua sic adiuratus es, prius effeceris, nusquam solita facultate uti poteris, ut comode progrediaris. Quid multar? Quasi subsistente spiritu qui me ducebat aut ducere uidebatur, coactus sum huc a proposito cursu diuerrere, tamen multum uarijs, diuq; incertus, nunc probans, nunc improbens, digressionem hanc tandem uix animo sedit, uisumque est non nimis discrepare a uoluntate sapientiae, si scriberem quomodo uel ad quid mcerenti mihi, qualem ueritate deploranti, ficeram suam, & uinum suum dederit, scilicet, praesentem consolationem de Sanctis scripturis, quo aliquantisper obliuiscerer doloris mei. ¶ Igitur

z, Cor. 6

Gene. 37
Adiuratus aut
tor a Cumone
narrat reuela
tiones sibi fa
ctas

Iob. 31.

Narrationis
argumētum.Vinum & sic
cera dant me
rentibus
Prouer. 31.Ezech. 5.
Quomodo coas
ctus est auctor
ista hic denar
tare

Mœror auto
ris propter ty
rannidem dis
aboli

Psal. 136.
Laudabam
mortuos magis
uisis uiuentes
Ecclesiastes 4
& 9

2. Cor. 5

Rom. 11

Mat. 24.

3. Reg. 19
Visio filij dei
fctâ Roberto.
Ezech. 1.

Exemplū uer
nerandarum
imagineum

forte † sole
bam,
Quanta cons
solatio ex illa
uisione

Mat. 11
Heb. 5

Psal. 33
Mat. 5

Esa. 66.

sedebam ut iam dixi iuxta flumen magnæ Babylonis, iuxta fluuium Chobar, quod interpretatur grauitudo uel grauitas. De illa namq; Babylon eloquor, cuius ē rex uel princeps in qua tyrannizauit spiritualis Nabuchodonosor, scilicet, diabolus, iugumque suum aggrauauit super filios quoque ciuitatis Dei uiuentis, Hierusalem cœlestis, quos omnes in Adam comprehensos, in istam suam Babylonem, in hoc seculum nequam captiuos abduxit, subditos peccato originali, reos mortis. Hæc mihi o Lamuel magni mœroris & amari causa erat animi. Audiebam enim auditu intellectuali, uoces peregrinorum siue captiuorum, lamentantium atque dicentium: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. ¶ Assumptoque luctu in absconditis in interiore homine, flebam & ego passim, atque lamentabar scienter, & lamentando laudabam (sicut docet Ecclesiastes) mortuos magis quam uiuentes. Mortui namque illi, qui in domino mortui sunt, securitatem iam suimet affectui sunt, reuersi in illam beatam Syon, unde omnes per peccatum Adæ exciderunt, cuius recordatione, dum captiui essent, fleuerunt. Porro uiuentes quam diu in corpore sunt, et à domino peregrinantur, quomodo securi esse possunt? Non est enim tuta sessio uel firma statio secus flumen Chobar, uel supra cætera cadat. Ipsa namque fluminum littora lutosa sunt atque palustria, tamque lubrica, ut semper suspectus esse debeas, ne moto uel prolapsos pede in subiectum flumen cadas. Laudabam igitur (ut iam dixi) mortuos magis quam uiuentes, non qualicumque sed gemituosa & luctuosa laudatione, ac si iam uererer mihi accidisse illud, quod in Euangelio dictum est, duo in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur, siue (ut cum hac similitudine secundo dum numerum nostrum loquar) tres uno ex utero duo assumuntur, & unus relinquetur. Relictus sum aiebam ego solus, & quærent animam meam, & cum huiuscemodi uerbis, cantilenam lugubrem frequentabam. ¶ Iam quid mihi acciderit, qualibus audeam uerbis eloqui? Cum essem in medio captiuorum (ait iste, cuius memor nunc eram uisus animalium cœlestium) cum essem in medio captiuorum, iuxta fluuium Chobar. Aperti sunt cœli, & uidi uisiones Dei, & cætera usque, similitudo hominis in eis. Sed quid hic simile illi? Veruntamen quam similitudinem cognoui. Iam que ex parte tetigi, istius magnæ Babylonis, in qua omnes simul nati, & illius, in qua tunc erat ille captiuus cum captiuis, libet quamuis cū timore uicina sub eo locutione uti: quia aperti sunt mihi oculi, & uidi filium Dei, uidi ipsum uigilans in cruce uiuentem filium hominis. Non corporali uisu uidi, sed ut uiderem repente, euauerunt corporis oculi, & aperti sunt meliores, id est, interiores oculi: cum tenerem in sinu atque complecterer crucem ligneam, & in ea imaginem eius dē Saluatoris, sedens occultus retro post sanctum altare in quodā oratorio Beatæ MARIÆ semper uirginis, claro iam diluculo multis eandem imaginem defigens atque circuiens osculis, & adorans (ut † sedebam) frequenti dimissione capitis. Solitus eram id ipsum facere, sed illo diluculo agebam in maiori contractione, id est, mentis humilitate. ¶ Qualis autem uisus est aspectus eius? Humana hoc non potest lingua uerbis comprehendere, tantum que dixerim, quia sensi breuiter illic, quam ueraciter dicat ipse, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, quæ ueraciter de ipso. Applus dicat, quia exauditus est, pro sua reuerentia. Vultus eius miro atque ineffabili modo sese demittens, quæ reuerentibus oculis accepta se habere significauit oscula adorantis, ad orationem osculantis. Nulla mora interfuit, & ad uisum communem reuersus, crucem quidem super altare loco suo restituit. Gustus autem quidam ineffabilis, gustus suauitatis eius in ore animæ, aliquid quoadiu ipsa die superfuit, qui tamen paulatim recedens, tandem que deficiens, memor rem adhuc facit me uersiculi huius: Gustate & uidete quam suauis est dominus. Et quid mirum si ueritas uerum dixit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & consolationis primitias iam in isto seculo paracletus, id est, consolator spiritus pueris suis dare dignatur? Nam pueris maxime, id est, infirmis & inualidis, pro ipsa infirmitate sua lugentibus, consolatione opus est. Hinc ipse dominus in Esaia, cum sanctæ ciuitatis suæ Hierusalem lætitiā & diem festum agere demāderet, hæc inter cætera dixit: Pueri eorum in humeris

meris portabuntur, & super genua consolabuntur. Quemadmodum mater consolatur filios suos, & ego consolabor uos, & in Hierusalem consolabimini. Notum est, quia mater cum suos filios diligit omnes, citius tamen atque pronius ad consolationem flentis paruuli sui sese impendit, & illum super humerum aut in brachio suo portat, & super genua consolatur. ¶ Dicam ergo gratias agens, qualem deinde mihi fecerit consolatio, nem, perseueranti in illo (cuius supra memini) fletu captiuorum dicentium: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. Quid enim, si quis legens contempserit: Hodie confessioes Beati Augustini, id est, libros, in quibus confitetur miserationes domini, nemo contemnit. Forsitan dum ipse uiueret, aliquis legens non pro magno duxit: Confortemur ergo, quoniam tu pater mi, praesul CHRISTO amabilis, quod haec secretius habiturus esses promissisti. Quin & si quis haec praeripiens & legens, quasi gloriabundum me contemnendum putauerit, dicentem me audiant pro istis exiguis id ipsum quod pro suis uere magnis Apostolus dixit: Nam & si uolueris (inquit) gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Denique non parum habet confortationis in huiusmodi, conscientia ueritatis. ¶ Confugeram bona spe circa idem tempus ad inuocandum nomen domini, nomen quod inuocatum est super nos, & in quo sumus signati, sanctam que Trinitatem inuocabam & adorabam inuocatione supplici, ad orationem fidei. Turris enim fortissima (ait Sapientia) nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur, Substantia diuitis, urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circundans eum. Sentiebam quippe hostes inuisibiles persequentes me, & idcirco currebam ad nomen istud, matutina prece, ut uelut turris fortissima exaltaret me, ut uelut urbs roboris muniret me, ut uelut murus ualidus circundaret me, & hoc quidem facere coepit. Spero autem quia perficiet. ¶ Visa per idem tempus uisione memorabili, plena uenerandae suauitatis, praecedente causa huiusmodi, Moerens eram, me que somno dederam hora solitae orationis siue adorationis illius, quam praedixi: & causa erat moeroris, quia non tam cito nec tanta ut uolebam, pax mihi prouenerat de insurgentibus in me malignantibus: quasi unquam dum uiuimus tuti uel securi esse possimus, cum potius milicia sit uita hominis super terram, in qua si legitime certamus, nimirum & ferimus & interdum ferimur. Itaque moerens quasi puer, cuius uoluntas non statim fit, somno me dederam hora solitae orationis, cum ecce uideo semiuigilans in ipso lectulo magnam lucem uelut solem super me incumbentem, & audio sonans in Ecclesia signum, ut fieri solet dum statutam conuocamus ad orationem. Surgere & ad orationem currere mihi uisus sum. Fiat mihi secundum uoces aut uerba quae auditi, canente uno conuentu multorum quos nesciui in una parte Ecclesiae Psalmum quinquagesimum: Miserere mei Deus, & alio conuentu in alia parte Ecclesiae Psalmum uicesimum sextum: Dominus illuminatio mea: stante maligno aduersario contra me in angulo in ingressu oratorij, quem, ut uidi, exprobraui, uelut exprobrare solemus quempiam larualem aspectum, signo totius faciei potius quam uerbis, propter quod cum ille iratus contra me irrueret, somno illo tenui excitus sum. ¶ Intelligere poteram quod pro consolatione haec mihi fierent, ueruntamen illum quoque diem totum in moerore transigi, & sequentis diluculi siue ante lucani hora, oratione omissa, quam confueueram, somno cum tristitia me reddidi: cum ecce tenuiter dormienti similiter, ut pridie, uisum est signum ad orationem commoueri. Surrexi, & ad Ecclesiam cucurri, & ecce quasi pro solemnitate domini multa Ecclesiam compleuerat turba diuersorum ordinum maxime autem monachorum, quodam uenerandae canicie Episcopo celebrante solennia missarum. Multa ad offerendam quasi post Euangelium, quando solet offerri sanctum sacrificium, ascendeat processio utriusque sexus personarum uenerabilium. Cucurri & ego, quasi elemosinam petiturus de oblationibus illis, & ecce iuxta dextrum cornu altaris tres personae stantes habitus ualde reuerendi & dignitatis, quantam nulla potest lingua uerbis consequi. Duae personae multum antiquae, id est, ualde canae erant capitis, persona tertia ut speciosus affabatur iuuenis, regia dignitate, ut ex uestitu eius poterat agnosci. ¶ Una ex personis (ut tunc) uenerandae canicie ualde iocunda dignatione ac sereno uultu manum meam apprehendit,

Confessiones
sancti Augu-
stini

2. Cor. 12
Cōfugiedū ē
ad nomē dñi
intentionib
bus maligni.
Prouer. 18

Alia uisio ei-
dem i somno
facta

Iob. 7

Rursus alia
uisio

Iniunctum ei
per uisionem
scribendi ossi-
cium

hendit, meque osculata est, & pauca uerba dixit: Quæ quidem memoria non tenui, scio tamen quia pertinebant ad officium uel ministerium scribendi. Persona illa regia, iuuenis ille speciosus, nihil quidem loquebatur, sed me tanquam frater, quam Germana affectuosa, quam reuerenter seu uenerabiliter, quieto ac modesto uultu me intuebatur, meaque præcordia suo penetrabat intuitu. Non statim sed postmodum sanctam in his Trinitatem, iuuenem que illum esse filium Dei hoc modo agnouit. Quidam spiritus mali, me ab utraque parte circumstantes, coram ipso altari me altiore ipsi pusillis infestare, & latera mea fodere ceperunt digitulis importunis. Cum ita me affligerent, & ego auxilium implorarem ab his quos uidebam, DOMINVS IHESVS qui paululum seceterat, ita tamen ut uiderem eum, per nomen mihi innotuit, dicentibus personis alijs: Expecta paulisper, IHESVS ueniet confestim, teque adiuuabit. Hoc audito, ipsum inuocauit dominum IHESVM ex nomine. Nec cunctatus ipse ascendit, iterum per gradus per quos descenderat, quasi cum potestate & reuerenda maiestate, & potenter spiritus illos propellens, manusque illorum à lateribus meis cito auellens, liberauit me. Tunc ipsæ tres personæ grandi & pari statura æquales, me pusillum circumsteterunt, & apertis pergrandi libro, me superpositum eidem libro in sublime sustulerunt. Quo facto, is qui me in initio fuerat osculatus, confortans dignanter & familiariter hæc locutus est. Nolitimere, & designans super sanctum altare quædam sanctorum phylacteria auro fabre facta, quæ uulgò dicimus feretra, adhuc enim (ait) eris melior quam ista sint. ¶ Visio hæc tam manifesta fuit, ut ueraciter dicere possim, quia siue in corpore, siue extra corpus nescio Deus scite quamuis res ista nihil ad magnitudinem illam dicentis, quia raptus est usque ad tertium cælum, quia raptus est in paradysum, & audiuit archana uerba quæ non licet homini loqui. Nam & cum adducerer ad uidendum, scio me de lectulo exilisse, & in Ecclesiam currisse, recto & uigilantibus solito itinere: & completa uisione, cum personas illas abeuntes prosequi uellem, neque concederetur mihi, aspexi, quod nudus & sine omni uestimento essem, & ob hoc festinus eo recurrens unde ueneram, ubi lectulum attingi, confestim experrectus sum. ¶ De apertione libri & de ratione quam persona illa dixit, aures ostendens sanctorum memorias siue phylacteria, non opus est ut interpretationem faciam tuæ charitati, cuius de me iudicium sæpe audierunt & secuti sunt multi: quod uere Deus librum suum, id est, scripturam sanctam mihi aperuit: & multis sanctorum patrum sententijs, quorum in sancta Ecclesia digne celebris est memoria, & uelut aurum rutilat, aliquanto meliora dixerim. ¶ Quid deinde dicam? Si flagellat (ait Beatus Iob) occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat. Cuius dicti nunc idcirco meminerim, quia per idem tempus de pœna mea, id est, de expectatione mea, quæ impatienti animo uidebatur nimis longa, ipse quodammodo risit. Non imputo illi, iam dudum enim condonauit, uis delicet, illa condonatione iustissima, quam idem Beatus Iob exprimit his uerbis: Soluat manum suam & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contra dicam sermonibus sancti. Eiusmodi condonationem, quæ est non contradicere sermonibus sancti, non reprehendere iudicia sancti & iusti, ut certissime credo à me exegerat, dum solito plus dolerem, & abundantius fierem propter causam eandem, id est, propter tædium uitæ præsentis, & fere per triduum non mutarentur in diuersa uultus mei. Visus quippe mihi sedens post sanctum altare, tali schemate uel habitu, pro quo debet dici (ut uere est) antiquus dierum, cum propius accessissem, crucem per grandem signum magni doloris baiulans, protenta manu dextera pater clementissimus, naturæ nostræ amicus, mitis & humilis, amice (inquit) dona mihi quod feci tibi. ¶ Illico manum eius manu mea uelut pro firmamento condonationis, quam uehementer, qua alacriter percussit, quam ille fortiter stringens, me totum quasi ad amplexus & oscula traxit: sed nõ mora, uis magna cuiusdam sanctæ ac diuinæ uoluptatis me somno excussit. Num infantilia uidentur hæc? Imò res ualde seria est, condonare illi quicquid super nos graue ab ipso illatum est, omnia, quorum hoc initium uel summa fuit, quia audisti uocem uxoris tuæ & comediti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, & cætera usque, quia per hunc uis es, & in puluere reuerteris. Quæcunq; mala super nos propter peccatum induxit, nimirum condonans

Qualis illa uisio
2. Cor. 12

Apertio libri
quod designat.

Iob. 9
Quid est condonare deo

Iob. 6

Danic. 7

Genes. 3.

condonanda sunt ei, uidelicet corde, & ore dicendo tale quid, ut est hoc dictum à Daniele uel cæteris concaptiuis. Omnia, quæ fecisti nobis domine, in uero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi. ¶ Maximæ autem dilectionis & fidei est, non patienter mori, sed patienter uiuere in hoc seculo pleno peccatis, & uoluntatem sequi creatoris cuncta benedicens, dum non cito exauditur cupiens dissolui, desiderans ab ista ualle lachrymarum migrare ad gaudium uisionis dei. Igitur condonauit quidem, ueruntamen inter cætera, pro quibus adiurasti me pater mi, narrabo, quomodo de pœna mea riserit, tandemq; me consolatus sit. ¶ Vir quidam uenerando habitu stare uisus est, meque intuens familiariter, adhuc (inquit) octo annos uicturus es. Cum quasi ludibundum hæc eum dixisse putarem, eundem sermonem repetens, uerum (ait) loquor adhuc octo annos uicturus es. Nox erat illa, solennis & festiua Beati Matthæi Apostoli, cuius super Euangelij fundamentum ut præsens opus construerem tu exegisti, opus de gloria & honore filij hominis. Cum sanctas manus eius osculari uellem, non admisit, & ab hoc depulsus euigilari. Quid putas, quomodo subsequentes & dies & menses, & annos enumerauit mihi? Sic enim acceperam, & sic eum dixisse uolebam, ac si omnino determinasset, atque ita dixisset, octo annos, & non plus uicturus es. Non attendebam neque attendere uolebam præ nimia desiderantis animi festinatione, posse aliquid subesse, in quo errarem salua uisionis ueritate, neque recogitabam de Cassio Narniensi Episcopo, cui à domino per eius presbyterum (ut refert Beatus Papa Gregorius) hoc demandatum est. Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pestuus, non cesset manus tua, natale Apostolorum uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Tunc è uicino Apostolorum natalicium dies imminēbat. Eodem ergo tempore sollicitus fuit: secundo quoque anno uel tertio, in mortis expectatiōe suspensus, quarto, quinto, & sexto similiter. Qui desperare de ueritate reuelationis poterat, cum ecce anno septimo, in uigilijs expectati natalis, lenis hunc calor attigit, atque ipso die natalicio cum solennia missarum peregrisset, & mysteria sacræ communionis accepisset, è corpore exiuit. ¶ Si parua licet simulare magnis, similiter ego, uillem, sensu siue intellectu properantior fui, quam haberet ipse sermo uisionis: quia sicut illi non totum hoc dictum est, natalicio die Apostolorum præsentis anni uenies ad me, sic nec mihi dictum fuerat, quod statim completis octo annis, deberem hanc uitam finire. Transierunt ergo mihi septem anni, & octauus annus uolui inceperat, magna cum expectatione, & pene iugi mortis meditatione, cum ego fere totus & solito uigilantior in me conuersus, mirari cœpi, quid mecum gererem, & qualiter pro expectatione tantæ rei me habere debuissim. Habebam autem tunc in manibus librum Beati Augustini de ciuitate Dei. Et hic erat locus quem legebam. Cum autem (inquit) unicuique mortalium sub quotidianis uite huius casibus innumerabiles mortes quodammodo comminentur, quàm diu incertum est, quænam earum uentura sit. Quæro, utrum satius sit, unam perpeti moriendo, an omnes timere uiuendo? & cætera. Ex occasione lectionis huius tunc instantis cor meum conueni, laudans cum Ecclesiaste, magis mortuos quàm uiuentes, ut iam superius dixi, & suspirans, consilium hoc mecum ini, quatenus quærerem à Deo precibus atq; tentis ueritatem seu certitudinem tantæ rei, ut si ex ipso uisio supra dicta uenisset, iterato mihi oraculo dignatio eius ipsam confirmaret. ¶ Ad hoc negocium sedit animo, sanctum inuocare spiritum, quoniam & si patris & filij & spiritus sancti una substantia est, una diuinitas & operatio inseparabilis: tamen sicut patris proprium est opus hominis conditio, & filij proprium opus redemptio, sic proprium est opus spiritus sancti eiusdem hominis illuminatio, reuelationumq; gratia, & omnium gratiarum diuisio. Ad hunc ergo conuertere me toto corde, & pro tantæ rei negotio ausus sum illum interpellare, licet mihi occurreret, faciemq; mentis meæ reuerberaret, illud quod in Esaiâ dominus, cum præmisisset. ¶ Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, continuo subiunxit. Me etenim de die in diem quærent, & scire uias meas uolunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudiciū dei sui non dereliquerit. Non enim omnium est, responsa domini quæere, quæ tunc per Prophetas amministrabantur: sed eorum duntaxat, qui iudicium faciunt & iustitiam operantur.

Veruntamen

Danie. 3

Alia rursus uisio quæ octo annos uicturus adhuc esset

Exitus Cassii Narniensis epi

Gre. in dialo. gisli. 4. ca. 56

Desideriū Roberti dissolui & esse cū chro

Aug. de ciuit. dei, lib. j. ca. 11

Ecclesiastes. 4

Inuocatio sancti spiritus per reuelatione

Esa. 58.

Visitatio spūs
scti circa Ro-
bertum.
2. Cor. 12

¶ Veruntamē fidutiā in hoc præsabat, non solū communis fides: uerum etiam propria quēdam consciētia, seu dignationis eiusdē spiritus sancti memoria, quia diebus illis nonnūquam uisitationē seu respectū eius modis qualibuscūq; sentiebam, sup quibus illis nonnūquam præsertim cū & magnus Apłus dicat: Parco autē, ne quis me existimet supra id qđ uidet in me, aut audit aliqd ex me. Veruntamē qm̄ hactenus prater illā cōmunē triū psonarū uisio- nē singulariter dixi, & de illa quæ uidebat psona patris, & de psona filij qualiter dolorē me- um consolata fuerint: conueniēs uidet, ut & uisum nō minus iocundū narrē de tertia pso- na spūs sancti. Nam quōcūq; quispiā accipiat, forsitan benignitas eiusdē dei patris & filij & spiritus sancti, narrationē hanc sic tanquā gratiā actionē suscipit, qm̄ solet deus ab homine gratiā actionē exigere pro suis beneficijs. Exempli gratia: Nonne inquit domi- nus) decē mundati sunt, & nouem ubi sunt? Non est inuētus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Dicam ergo. ¶ Iacebam aliquando non ualde sopitus, imō se- miuigilans in lectulo, & ecce ut uidebatur p gradus dormitorij fratrum descēderam, mul- torumq; spirituum horribilium & facie crudelium quasi castra contra me consistebant. Ego ut aliquoties eatenus nomen spiritus sancti per somnū quoq; horrore aliquo ingru- ente, proferre solitus eram, nihil aliud contra eos dicere dignatus. Hoc solum nomen te- terrimis eorum uultibus obieci, spiritus sanctus. Ipsum testor, quasi magno turbine retro- acti pene resupinabantur, non ferentes uirtutē nominis. Cum pro hoc illis insultarē, paulu- lumq; intermissa sancti nominis enunciatione, gestu faciei totius exprobrarē, illi quasi uiri- bus ex iracundia resumptis, in me uelut fortes irruerunt, & ego in fugam uersus, in pratum quod intercolumnia claudūt, illic inuenio senē antiquum uirgam manu gestantē, & agno- sco spiritum sanctum, filiōle filiōle inclamantē, quō nomine paruulos appellare solemus, quos de sacro fonte suscepimus, meq; tali appellatione confortantem gestu potentis pati- ter & adiuuantis, ut si cōsisterent aduersum me castra non timeret cor meum: si exurgeret aduersum me praelium, in hoc ego sperarem. Confortatus ergo, eoq; unde ueneram pro- currens contra illas phalanges teterrimas, & cum illis congressus, eodē mō uel ordine quo prius ingrauescente conflictu, iterum ad patronum confugi, sic eum appellans ad succu- rendum, congeminato clamore appellationis, quomodo solet quis illum appellare qui eum de fonte suscepit. Ecce autem inuentus est eodem in loco, non sicut prius senex an- tiqus: sed ignis ualde serenus, & circa eum quietudo & securitas magna, ita ut oblitus totius aduersitatis, quasi nulla fuisset, solum ignem illum demissus attendere, & defixis in- trorsus oculis perspicere uellem. ¶ At ille quasi quoddam sibimet de semetipso fecit umbraculum, duo hinc & inde uelamenta subleuans in modum alarum, quæ paulatim conueniētia, me quasi ablatatum, ad sensus communes ab illa tali contemplatione remis- serunt, non ignarum interpretationis, quid sibi uoluisset species ignis, & quid habitus senis quasi patris filiolum consolantis. Ipse est enim sanctæ regenerationis nobis autor in ba- ptismo, & ipse est ignis quem dominus noster Iesus Christus misit in terram, & uoluit ut hæ- mēter accēdi. Hoc ergo utrunq; in oratione siue hymno, quē tunc de ipso cōposui, gra- tulanter cōfessus sum his uerbis. Et sicut mori uoluit, nos quoq; docere cōmori, dum uiuos aqua sepelis o artifex mirabilis. Pro sepulturæ triduo sit trina rei mersio, ut mortuus obrui, ut resurgens egreditur. O deus nostris auribus audiuius, patres nostri opus, qđ opatus es, annūciauerūt nobis. Cum pcessisti igneis in linguis à throno dei, ut terra cœli fieret, ut dij essent homines. ¶ Sed iam redeamus ad rem, propter quam etiam hanc intuli narrationē, Memoria dignationis eiusdem spiritus sancti, qua consciām meā nonnūq; lætificauerat, illis diebus p uisitationis huiuscemodi, fiduciam in hoc mihi præsabat, ut iam dixi) quate- nus iterato mihi oraculo confirmare dignaretur uisionem, si ex ipso fuisset, qua mihi di- ctum fuerat, adhuc annos octo uicturus es, eo quod anni septem transissent, & unus su- peresset. Fatigabar enim iuxta quod in parabolis sapientia dicit. Spes quæ differtur affligit animam. Ut ergo fieret mihi quod sequitur, lignum uitæ delyderium ueniens. Et iterum, delyderiū si compleatur, delectat animam, conuertit me (ut iam dixi) ad exoran- dum pro hac re spiritum sanctum, & audeo dicere: quia feci hoc tanquam ceruus similis ita

Luca. 17
Alia item uis
sio & auxiliū
spiritus sancti
contra dæmo-
nes

Psal. 26

Spūs, in spes
cie ignis

Luca. 12
Hæc oīo has
bet in fine h^o
opis, cuius ini-
tiū, deus me?

Psal. 43
Actu. 2
Petitio Rober-
ti preuelatōe
finis uitæ suæ

Prouer. 13.

Psal. 41

¶ xta quod in psalmo fidelis anima dicit: Quemadmodū delyderat ceruus ad fontes aquarū, ita dely-

ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Tunc enim fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & per triduum uultus mei non sunt in diuersa mutati, & mira intentione nihil aut parè cogitans de meritis, quæ nulla erant, sola fide nixus, cū tuo luctabar nomine sancti spiritus, & uotū uouebam tibi, quod sempiternas tibi retribuere gratiarum actiones, pro beneficio impetrato tantæ exauditionis, & nunquid hoc friuolum erat? Quid enim aliud faciemus tibi? Omnes siquidem, qui illuc transeunt, in locum tabernaculi admirabilis usque ad domū dei, transeunt in uoce exultationis & confessionis, Et alibi Psalmista cum dixisset, illuc enim ascenderunt tribus tribus domini, testimonium Israel, quasi quæreres ad quid ascendant illuc, ait: Ad confitendum nomini domini. Gaudeo igitur domine sancte spiritus: quia sic luctatus sum, scilicet prece & lachrymis, nam hæc fuit lacta Iacob, scilicet flere & rogare, secundū ueritatē scripturæ propheticæ, qua cū dixisset Propheta Osee, & in fortitudine sua directus est cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, statim fortitudinis eius expressit modum, subiungens, fleuit & rogauit eum. Gaudeo (inquā) quia non dimisi te nisi benediceres mihi, & tu hoc modo benedixisti mihi. ¶ Nox erat instantis diei, quem Christiana religio nuncupat caput ieiunij, capita solenniter cinere conspergens, sana correctione illius culpæ primi parentis, qua ambuiuit esse Deo similis, cum esset terra & cinis: cum ego leniter dormiens, uidebar mihi quasi cum amico loqui quærente, quid haberem, quid tantopere instarem, ad quærendam seu inueniendam eiusmodi rem? Ego respondens dicebam esse (ut uere est) magnum negocium, cuius rei cum haberem delyderium, propter multa quæ hic occurrunt pericula peccatorum, scilicet rem tamen impensis maioribus opus esse, ut aliquatenus præpararer ad migrandum. Cum hæc uel talia dixissem, repente paululum semotus ab eo cui loquebar, uideo quasi cœlum desuper modice aperiri, atque inde quasi talentum lucidum substantiæ ineffabilis, substantiæ uiuentis uelociter ac dicto citius demitti, quod meo illapsum pectori, magnitudinis uel pondere suo me protinus somno excussit, auro grauius, melle dulcius. Quod ubi relapsum est, primum quidem aliquanta morula quieuit, sed ab omni motu continuit, me quoque quieto, ut forte resupinus facebam, expectante euentum rei, mox autem moueri cœpit, & circuire uterum interioris hominis, uterum animæ, quem eatenus nesciebam, cuius uel quantæ esset capacitatis. Circuibat itaque modo mirabili res uiua & uera uita, spiritus circuitus sequens præcedente erat maior multoque amplior, quos tamen circuitus, cū multi fieret, non attedi ut numerare. Miroque atque ineffabili modo & circuibant inundationes, altera post alterā, & sese infundebant, donec tandem ultima iufuso ueluti quoddam magnū flumen inundans, hoc mihi dabat intelligi, & hoc sentire me fecit, quod totum animæ uel cordis exteriorū plenum esset, & plus capere non posset. Quo facto, iterum quieuit paulisper, ut neque infunderet, quod iam fecerat, neque efflueret quod postmodum fecit: & interim uolebat homo interior quasi faciē clarius uidere illius substantiæ uiuentis, sed quodammodo occultabat se, ut non uideret facies eius, cū ualde magno pondere portaretur, & in magna dulcedine seniretur. Postmodum cepit reflecti altamque in partem circuitus agens, in modum fluminis paululum subleuatum, uidebat tuis oculis interioris hominis, quod cū ultimus circuitus profueret, paululum substitit, & ecce uidebam, quia substantia illa pulcherrima quasi aurum liquidum erat. Vbi hoc actum est, & eius rei sensus præterijt, ergo ignorans quod deinde puentus eēt, hoc solum dolebam, quia secundum intentionē meam nihil dixisset, qui hoc pro maximo gratiæ beneficio accepissem, si diceret, hoc anno (ut expectasti) de corpore migraturus es. ¶ Ecce in hoc obediui nomini domini, per quod adiurasti me uenerande Pontifex, amator gloriæ nominis dñi, ut scriberē tibi quod uiua uoce incontinēs narraueram, secretius auribus tuis libet audire opera domini, qualiter hanc acceperim facultatē in sanctis scripturis, de qua dubitare nunquam uoluisti, quin esset ex gratia uel spiritu dei. Et uere audeo scire & fateri, quia donum est altissimi pro consolatione doloris mei, quæ dixi: quo accepto iam non inuenit anima mea in se, ut interpellaret eum pro eiusmodi re, aut ita festinaret, ut prius, uesperam rapere diei huius, finem uitæ huius, ratione admissa, quod prius aliquid sit operandum, quam exigenda merces, quoniam nobis quoque pusillis talis operum materia data est.

Ita consi

1

Psal. 127.
Gene. 32.
Osee. 12Sancti spiritus
mirabilis illa
plus in peccato
Roberti.lege ista
psalmDonum spiritus
sancti ad
explanandas
scripturas.

Numia de uere ci^o fluent.
Iohan. 7

Prouer. 5

Qua^r mulier sacra scriptura.
Prouer. 7

Prouer. 5

Hymnus Saphicus de sancto spiritu.

Robertus ante presbyteratum carmina scripsit.

Malachi. 2.

Cur presbyteratum sero suscepit.

Iohan. 15

Tit. 1.

lege t^{er} inerat

¶ Ita consolatus sum, & ita spes, quam dedit mihi in uerbo suo, me consolata est in humilitate mea: ut illud quod dixit dator eiusdem spei Christus filius dei, non dubitem mihi accidisse. Qui credit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de uentre eius fluent aqua uiuæ. Quæ uidelicet scriptura, cum ita dixisset: bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui participes tui. Quo dicto, docet nos & discere & docere in unitate fidei, nihilq; in sanctis scripturis sentire cum hæreticis, ita subiunxit. Sit uena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Deniq; hoc mihi est lætari cum muliere adolescentiæ meæ, in huiusmodi studio siue exercitio sanctæ scripturæ consolationem habere. ¶ Hæc namq; est ista mulier sapientia, cui dixit sapiens, soror mea es, & prudentia, quam uocauit amicam suam. Hæc est illa mulier, quam tu in somnis (si meministi) uxorem me duxisse uidisti, natosq; ex ea mihi filios complectebaris, quod utiq; facis, dum scripta mea libenter legis, & libris meis nusquam carere uis. Accipe nunc qualibus uerbis ibidem continuo sapientia delictetur, & congratuletur colletantibus tali mulieri, tali adolescenti. Cæua (inquit) charissima, & gratissimus hinnulus. Vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore illius delectare iugiter. ¶ Iam quale initium fecerim, qualem uocem primam ediderim post illam, quam præscripsi, inundationem fluminis, scribendo libellum hymnorum in laudibus spiritus sancti, non præteribo: tu more solito sedulus audi.

Flumini magno, sitientibus quod
Petra deserti crucifixa fudi,
Gratias Christo, quia ciuitatem
Lætificauit.
Qui nec argentum nec habebat aurum
Pauper hic uinum bibit, atque lactis
Copiam, cuncti properate, gratis
Gratia fundit.
Huic libens offert pia gaudij uox
Hostiam laudis, melius quod optem
Quam salutaris calicem tenere
Reddere uota.

Tu modo mentē rege pneuma sanctura
De tuo reple cor & os apertum
Qui iubes festum dare tympanum, uel
Sumere Psalium
Sancte sanctorum, deitas deorum,
Gaudium, lumen, medicina, uita,
Sit tibi laus cum patre, cumq; nato,
Spiritus alme, Amen.

¶ Sic incipiens magnam intus uersabam materiam, per angustum foramen ubertim prodire non ualentem, dum metricis pedibus uerba ligando, ut in scholaribus assuetus eram, longum in paucis sermonibus laborem insumerem. Nondū enim plene mihi acciderat id, quod supra memorauī, dictum à sapientia, sit uena tua benedicta, id est, nondum, cum suscipere potuissem, ordinem presbyterij susceperam. Scriptum est autem: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Ad hoc ergo (ut reor, & sicut postmodum expertus sum) interim diserebar, ut prius in isto gradu consisterem, & tunc demum ad tractandas ecclesiastico more sacras scripturas, legitimam acciperem oris apertionem. ¶ Eatenus diutina Christi ecclesiam uexauerat discordia, propter sedis Apostolicæ scisma, quæ tamen mortuis auctoribus paululum conquieuerat: propter illam & propter alias quoq; causas multi, & qui magis uidebantur religiosi, & Ecclesiasticam puritatem diligebant, ep̄os suos in suscipiendis ordinibus deuitabant, simplici quæ oculo, sed in omnibus discretione opus est. Nam quàm diu palmes manet in uite, potest fructum ferre, postquam autem abscissus, & foras missus fuerat, iam fructum ferre non poterit. Sic nimirum quislibet Ecclesiæ uel sacramentorum Christi minister, quàm diu in communionem uniuersitatis manet, quicquid administrat, ratum est: ubi autem à legitimo iudicio denunciatus fuerat, præcisum illum esse uel damnatum, quicquid deinceps operari uidetur, speciem quidem pietatis habere potest, sed uirtutem eius habere non potest. Et ego quoq; simplici oculo illos ordinatores, qui infames fuerant, deuitabam. Et iccirco (ut dixi) ordinem presbyterij iam præordinatis quibusdam iunioribus nondum susceperam, & fortassis præter illam quam dixi causam, illud quoq; mihi t^{er} inerat, quia dignum me non existimabam. ¶ Venit autem (& illud quoq; non præteribo quomodo uenerit) dominus & pater nuptiarum, qui uo-

qui uocauit nos ad nuptias, & dixit mihi, qđ dicere recubenti in nouissimo loco, amice ascende supius. Plenus erā & plenus ierā ad lectulū diuturnis cogitationibus, qualibus non nunq̄ delectabar, imō & saepe excitabar, & in qbus deficiebat spūs meus, cogitās dies antiquos, & in mente habēs annos æternos, q̄ is qui creauit & red erit nos, tremēdo tandē iudicio iudicaturus esset nos. Optabat aia pauida, si quō daretur facultas illū iudicis aduentū anticipare, & meditar̄ cū corde meo, quō possem puenire, & aliqua cū ipso secretius uerba facere. Summam cogitationū illarū (ut memini) sonant hęc uerba B. Iob. Nunc qđq; in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggravata est sup gemitū meū. Quis mihi tribuat ut cognoscā & inueniā illū, & ueniā usq; ad solū eius? Pōnā corā eo iudiciū, et os meū replebo increpationibus, ut sciam uerba q̄ mihi respōdeat, & intelligā qđ loquatur mihi. Cū hmōi cogitationibus ierā ad lectulū (ut iā dixi) & dormienti somnus meus hoc modo suauis extitit mihi. ¶ Videbā stans corā altari, sup ipm̄ in medio stantē dominicam crucē, & in ipsa dñi saluatoris imaginē. Quē cū dīligētius intuitus essem, agnouī ipm̄ dñm̄ Iesum ibidē, crucifixū & uiuentē, oculos in me aptos habentē. Quod ubi p̄spexi, cōfestim inclinans faciē, aio ad eū. Benedictus q̄ uenit in noie dñi. Quā salutationē q̄ta cū humilitate, cū qua reuerēda capitis sui deflexione susceperit, nullatenus edicere possim, nisi hoc tātū quia potuit homo interior hoc intuens aliquatenus sentire, q̄ ueraciter de semetipso dicar, & discite à me q̄a mitis sum & hūilis corde. Nō satis hoc mihi erat, nisi in manibus ap̄prehenderē, amplexūq; deoscularer. ¶ Sed qđ agerē? Altius erat altare ipm̄ q̄ ut eū attingere possem. Vt ergo eiusmodi cogitationē seu uoluntatē meā, uoluit & ipse, Sensi em̄ ego q̄a uoluit, & nutu uolūtatis eius ipm̄ altare, p̄ mediū sese apuit, meq; introrsus currētem suscepit. Q̄ cū festinus introissem, apprehendi quē diligit aia mea, tenui illū, amplexatus sum eū, diutius osculatus sum eū. Sensi q̄ grauiter hūc gestū dilectionis admitteret, cū inter osculandū suū ipse os apiret, ut profundius oscularer. Plane hoc agebatur, hoc illa significatione parabatur, ut fieret illud qđ in Canticis dilecta exoptās dicit. Quis mihi det te fratrem meū sugentē ubera matris meæ, ut inueniā te foris & deoscular, & iā me nemo despiciet. Apprehendā te, & ducā in domū matris meæ, & in cubiculū genetricis meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculū ex uino condito, & multū malorū granatorū meorū. ¶ Deniq; extunc mihi nōnihil prouenit, secundū sensum dictorū huiuscemodi, q̄a cū ad me reuersus fuissē, & infra uigilias nocturnas uisum hmōi suauissime retraharē, sicq; interpretarer illā altaris & ipsius oris dñi Iesu apertionē, q̄ sacramētorū eius profunda deinceps clarius intelligere deberē: interea paulatim amor illius sacerdotalis officij menti sese infudit, tantūq; excreuit, ut mox die factō dicerē patri meo spūali, me nō uelle amplius reniti, imō uelle ire cū primū iuberet, & suscipere iugū dñi, causa tamen tacita q̄ acciderat, ut iā dixi. Gratulatus ē, & ut primū affuit tēpus ordinatiōis, hūc sacrū, licet indignus, ordinē suscepi. ¶ Nec uero minore signo, q̄ puenerat, deus meo misericōdia mea, me in hoc officio subsecuta est. Nō em̄ plus q̄ triginta dies transferāt, cū ecce iacente me in lectulo, ferē clauso iā die, cū uix oculos in somno clausissimē uenit desup quāsi similitudo uiri, proni, & equalr̄ extensi, solā q̄ maxime faciē suā occultās, & in me demissa, totā cōpleuit aīa meā substantiā, eo mō mihi impressa, quē uerbis exprimere nullatenus possim, multo citius atq; profundius q̄ cæra quis mollissima, sigillū fortiter impressum admittere possit. Protinus somno, q̄ uix obrepserat, excussus sum, & uigilās sensu dulce pondus, uigilans delectatus sum, & qđ dicar. Anima mea liquefacta est, aia mea dñe penē defecit, penē de corpore effusa est. O q̄ uera cōcionatoris nostri snia. Adolescentia em̄ (inquit) & uoluptas uana sunt. Porro ibi nō uanitas, sed ueritas, ibi uera & uiua uoluptas, ubi usq; in finē cōpletur, qđ scriptū est, Qui adharet dño unus spūs est Hinc est qđ canimus in psalmo. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Eiusmodi uoluptatē uiuenti in corpore saltē gustasse iocundū est, iocunditatis & exultationis thesaurus est. Verū dicere liceat, q̄a nisi illa repētiua sanctæ uoluptatis mūdatio cito se cōtinuisset, animā uelociter in sua de corpore in modū torrentis abstraxisset, secūq; detulisset poterat: vnde & melius iā scio, quō sentiendū sit, qđ deus ad hominē locutus est. Non em̄ uidebit me homo, & uiuere potest. Sed (ut dixi) cito substituit inū dās illa uis amoris, paulatimq; decessit: ego autē extūc os meū apui, & cessare

Luca. 14

Psal. 76.

Iob. 23

Visio nocturna, sup uenera ratione imaginis crucifixi xi.

Matth. 11.

Cant. 8.

Summa uoluptas in illa plu diuino.

Cant. 11

Eccles. 12

1. Cor. 6.

Psal. 35.

Exod. 33

Bona petitio
Rupertii.
Cant. 2.

quin scriberē nequaquam potui, & usque nunc, etiā si uelim, tacere nō possum. ¶ Sit hoc mihi face
re illud, quod supra memorauī de Canticis, scilicet inuenire dilectū foris, & deosculari, ut iā
me nemo despiciat apprehēdere eū, & inducere in domū matris meae, & in cubiculū gene
triciis meae, ut aliq̄s filioꝝ eius ex hoc proficiat, meq̄ doceri à spū ueritatis, et dare illi pocu
lū ex uino cōdito, id est, sermonē bonū siue rectū & bene sonantē ex spū sctō, & multū ma
lorū granatorū meoꝝ, scilicet delectamentū sciētiaꝝ cū fructu bonoꝝ opoꝝ. Si ueritatē dixi
si nihil horū de corde meo finxi, turris fortissima sit mihi nomē dñi, p̄ quod adiurasti me pater
& dñe mi, & fiat mihi secundū quod dixit filius dei, idēq̄ filius hominis. Qui autē diligit me,
diligetur à patre meo & ego diligā eū, & manifestabo ei me ipsū: & luceat mihi iustitiā
sol, sitq̄ illuminatio mea dñs, & misericōdia mea deus meus, & subleuet me de corruptione &
egēstiate, quē admodū in propheta dicit, Et sustollā te sup̄ altitudinē terrā, et cibabo te hāc

Isaia 58.

reditate iacob patris tui. Et cōdonet mihi quicquid de timore, quē timēbā, euenit mihi quic
quid eoz̄, q̄ uerbar, accidit, toto tēpore huius p̄grinationis siue incolatus prolongati, nu
merusq̄ dieꝝ meoꝝ prima et octaua beatitudine cōpleatur, q̄ est possessio regnū celoꝝ

Psal. 9.

Isaia 33.

fiatq̄ mihi, quod ei dicimus in psalmo, tibi em̄ derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.
Et ad me quicquid illud p̄tineat, quod in Esaia dictū est, iste in excelsis habitabit, munimēta saxoꝝ
sublimitas eius, panis ei datus est, aqua eius fideles sunt, et intro eā ad altare dei, ad altare ce
lestis sanctuarij, et ibi cōtingat animā meā, quod uerus amor dicit, osculetur me osculo oris

Cant. 7.

sui, et ipse sponsus immortalis in illo cōtineat me corpore sponsae suae ecclesiae, cui amore
aeterno et sempiterno copulabitur nuptijs. ¶ Nō em̄ sine causa sic insipiens factus sum, ne
quā tu sine causa sic instanter me adiurasti, ut de me ipso scriberē res huiuscemodi. De causa
libet hic aliqua breuiter eloqui. Nōnulli putantes se probe illud facere quod in Iob dictū est,
sapientes cōfitentur et nō abscondunt patres suos, quibus solis data est terra, et non transibit

Propter emu
los ista scribi
oportuit.
Iob. 37.

Iob. 39.

alienus p̄ eos: quondā (ut uerbis loquar eiusdē beati Iob) affixerunt animā meā, et attriue
runt me sermonibus, et nō minus quā decies cōfuderunt me, et nō erubescēbant opprimē
tes me, refragantē quibusdā sententijs quas proferebāt, à uero et recto sensu discrepantes:
quas tñ à magnis et ualde nominatis patribus suis, id est, magistris suis, accepisse uidebātur,
quos uidelicet patres suos cōfiteri, et nō abscondere, gloriosum arbitrabant. Quoz̄ uidelicet
patrū ipsoꝝ auctoritati, utpote hominū quāuis sapientū, cū ego non crederē, meliusq̄ et sa
nius loqui auderē, secundū scripturā auctoritatē. O quanta indignatio, quāta exprobratio

Iob. 37.

iuxta hūc modū. Intellige prius, et sic loquamur. Quid timent contra deū spūs tuus, ut pro
feras de ore tuo huiuscemodi sermones? Sapientes cōfitentur, et nō abscondunt patres suos.
Tui patres ubi sunt? Qui uel quales magistri te docuerūt? Secundum hāc et his similia
nō s. mel, nec paucis diebus, sed multotiens, et aliquot annis me cōfuderūt, et sermonibus
oppresserūt: donec p̄seuerantiā uirtute, et scripturā auctoritate subnixus, obtinui uictō
riā palmā, te quicquid plurimū adiuuante, et testimoniū phibente, quod nō ex timore spūs, non ex
p̄sumptione proprij cordis, sed ex dono mihi accidisset gratiae dñi, ex dignatione spūs san
cti, fiducia talē habere tractandi sanctā scripturā sacramēta: et quod nullo modo facultatē
hāc assequi potuissem, nisi p̄ spiritū bonū, de quo uel à quo bona cuncta procedūt. Confitē
teantur ergo sapientes illi quantū uolunt, nec abscondant patres suos, quibus solis (ut aiunt)

Visitatio ab
altissimo meli
or cunctis ma
gistris.

Proter. 78.
Laudatio Cu
nonis Epi.

Mar. 10.

data est terra, id est, scripturā artiūq̄ liberaliū sciētia. ¶ Ego quamuis et ipse nōnullos in
discipulis scholaribus patres habuerim, & in libris artiū liberaliū nō segniter studiosus exti
terim, hoc profiteor quia uisitatio ab altissimo melior mihi est, quā decē p̄res eiusmodi, cuius sub
uirga saepe in labijs percussus, nonnunquā etiā toto corpore cōcussus, sicut auribus tuis fideli
bus aliquo tēpore intimaui, loquor ad scribendū quicquid ille monitor suggerit, spem habens
istā, quā sapiētia dicit. De fructu oris uiri replebitur uenter eius, & gemina labioꝝ eius
saturabūt illū. Nūc ad te sermo meus liberior dirigitur discipule ueritatis, de syderator sano
citatatis, amator filij dei, eiusdēq̄ filij hominis Episcopo, bonis oibus amabilis. Iam dudū in
hoc gaudeo, et pro hoc tibi iure gratulor, quia p̄clare in te quicquid lucet experimentū ueritatis, quod
in euangelio secundū Marcū dicit. Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domū, aut fratres,
aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut filios, aut agros propter me et euangeliū, qui non
accipiat centies tantū, nūc in tēpore hoc domos, et fratres, et sorores, et patrē, et matrē, et
filios, et

filios, & agros, cū psecutiōib⁹, & in seculo futuro uitā aeternā. ¶ Anq̄ ueri hui⁹ sermonis in te habitū collaudē experimētū, dicere libet aliqd, ppter eos, q̄ hic herere uel mirari et dicere pnt. Nūqd oēs q̄ sua q̄licūq; siue q̄ntulūcūq; ppter Ch̄m reliq̄rūt, cēties tm̄ in hoc tpe uel in hoc seculo receperunt. Vt de ceteris taceamus, nūqd heremitæ siue anachoritæ centies tm̄, quantū reliquerant propter Christū, in isto seculo receperunt? Propter eos q̄bus hm̄oi cogitatiōes occurrere possunt, notandū est, quia nō dixit, q̄ reliquerit ppter me tm̄, sed addidit & ppter Euangeliū. Deniq; si tantundē & nō plus est, q̄ reliquerit ppter me tm̄, ppter Christū, superfluū erit, p̄missio propter me, addidisse, & propter Euangeliū. Quare dum ergo uel sciendū est, qd addiderit in sensu addēdo uerbis, & propter Euangeliū. Illud nimis, in sensu addidit per hoc dictū, ut sentias eū dixisse, in hoc esse perfectionē etiā p̄sentī remuneratiōe dignā, cum q̄s nō cōtentus propria salute, relictis omnibus sequēdo Christū, discurrat, festinat, suscitāt amicū. i. p̄dicat Euangeliū, ut audientes alij sequant Christū, qd uidelicet ministeriū in primis ē ap̄loꝝ, q̄ tūc instruebantur, cū hęc diceret eis, quoz; prius Petrus dixerat ei: Ecce nos relinquimus oia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? De hm̄oi ostendat quispiā aliq̄e, q̄ nō receperit ul' recipiat in suo tpe & domos, & fr̄es, & sorores, & patrē, & matrē, & filios, & agros cū persecutiōibus, i. in medio etiā p̄secutiōnū, quæ uolentibus pie uiuere in Christo nō desunt, centuplū quā reliquerat, idcirco expediētus p̄dicare possit Euangeliū, & tūc demū dubitet de promissione hac, utrū uera sit, an nō. ¶ Exempli gratia: Petrus q̄ piscator erat, q̄ diues nō fuerat, q̄ cibos manu & arte quærebat. Hic ubi misso spiritu sancto de caelo p̄dicare cœpit Euangeliū, nōne centies tm̄ recepit quantū reliq̄rat, uocantē de nauicula sequēs Christū? Vt taceā, qd & primū in Antiochia & deinde in urbe Roma magna residēs P̄otifex, & domos habuit, imō et eccl̄as cōstruxit, & fr̄es & sorores sp̄uales, & p̄res et matres & filios multo plures scdm̄ spiritū habuit, q̄ secundū carnē q̄s habere possit: ut (in q̄) illa oia taceā, solū illud ius possessionū siue facultatū cōmuniū in initio Euangeliij ubi multitudinis credentiū erat cor unū & aīa unā, nec q̄squā eoz; quæ possidebant aliqd suū esse dicebat, sed erāt illis oia cōia: ualuit illi plus q̄ centū reūta centūq; nauiculas, qualū unā reliquerat. His ai aduersis, illud quoq; qd in Matthæo taliter scriptū est, & ois q̄ reliquerit hęc propter nomē meū, liquet plus esse, q̄ si dixisset propter me, uidelicet ut propter nomē meū id esse intelligas, propter me notificandū, qd sit p̄dicandū Euangeliū. ¶ Igitur ut dicere cœperā, cōgratulamur tibi Ep̄e uenerabilis, quia magnū in te experimentū lucet huius ueritatis. Domū quippe unā nescio quantulā, & propinquos aliquos (ut p̄cepi) nō infimos, nō nihil agroz; habentes, in una ciuitate reliquisti. Et eccl̄e dñs factus es in hoc tpe eiusdē ciuitatis. Nūqd nō cēties tm̄ est? Præter hoc autē hęc spes in sinu tuo reposita est, qd in futuro seculo uitā aeternā habebis. Laudi eius, q̄ quos ante tpa secularia p̄sciuit, & p̄destinauit sanctos oēs, ipsos & suo quēq; tpe uocauit, iustificauit & magnificauit: illud ascribendū est. ¶ Quod te nō qualicūq; tpe, sed in ipso ingressu seruentis adolescentiæ uocauit cita uocatōe, ut eū, quē quasi in ingressu mundi posueras, retraheres pedē, & relictis oibus, patria q̄q; siue puincia natiuitatis tuæ longe post tergum dimissa, peregrinus ad monachicā uitā cōfugeres, in montē sp̄ualis uictoriæ suo noīe p̄sargū, uocatur em̄ Sigeberch. Quis em̄ hoc fecit, nisi aspiratio gratiæ uocantis? A fructibus cognoscipotest, q̄a plantatio tuæ cōuersionis, plantatio fuit p̄ris cœlestis, quæ nunq̄ possit eradicari. Nūqd puer siue adulescentulus tunc eras, qñ uidisti inter deū & hostē antiquū de te certamē haberi, quasi dubiū esset uter eoz; scilicet deus creator, an Satan corruptor, te habere deberet, ita rudis fuisti, ut p̄tāres de te solo inter partes tam contrarias eiusmodi certamē haberi? Imō & de toto genere humano certamen hoc fuit ab initio. Vtrū deus q̄ creauit: an diabolus q̄ primū hominē decepit, deberet possidere nos. ¶ De hoc certamine ego tibi efflagitanti nuper scripsi opusculū libelloꝝ duodecim, intitulatū de uictoria uerbi dei, qd admirationi esse multis etiā sapientibus, & ab ipsis libentissime legi (fateor) ipse gaudens audiui. Certamen istud uetus est, & pro omnibus certatū est, & adhuc pro singulis certat, & in omnibus uel pro omnibus electis suis uincit deus. Nemo em̄ (ait filius dei) potest rapere de manu p̄ris meis siue, & nō rapiet (inquit) oues meas quisquā de manu mea. Tibi autē de teipso idcirco demonstrata est illa singularis uisio, ut esses sollicitior, & terribus fugis

Quæstio

Responsio.

Propter meet Euangeliū,

Mat. 19.

1. Tim. 2.

Petr⁹, qui oia reliquerat, etiam in hoc seculo centuplū recepit.

Actu. 2. & 4.

Mat. 19.

Exaltatio Cuthonis ad ep̄iscopatum.

Rom. 8.

Cuno in adoleſcētia fact⁹ monachus in Sigeberg.

Mat. 19.

Opusculū de uictoria uerbi dei.

Iohan. 40.



Profetus Cu
nonis

Mar. 4.
Luc. 2.
Cunofact⁹ ab
bas Sigeber⁹
genis

Esa. 7
Hūilitas Cu
nonis.

Esa. 40

Esa. 41

Mat. 11
Humilis præ
lat⁹ & uermis
& iacob dicit
Gene. 34

Cuno curæ
fuit deo

qui sibi for
s uidentur,
s uidentur,
s uidentur
Esa. 40

sti non perspecto neq; præmonstrato tibi, quænam pars uincere & quæ haberet uinci, for
te ne te cõprehendisse arbitraberis. ¶ Et tunc quidẽ sciens reliq;ras oia propter Christũ, sed
non dũ sciebas qd̄ eareliquisse propter Euangeliũ. i. idcirco ut alijs multis euangelizares
Christũ ip̄e aut̄ sciebat, q̄ te uocauerat in opus prædestinatũ. Illud q̄q; nesciebas futuri hu
ius ministerij quoddã esse initiũ, qd̄ acceptũ desup datum optimũ, scilicet boni ingenij uel
perspicacis intelligentiæ talentũ, factus iuuenis sub obedientia p̄ris sp̄ualis impendebas nõ
solũ iuniorib⁹, uerũ etiã coquis tuis, nõ magis p̄ceptor sciã q̄ exẽplar disciplinæ monasticæ.
Vñ & ip̄m talẽtũ siue donũ acceptũ merito in te creuit, iuxta illd̄: Qui h̄z, dabit ei, & abũ
dabit. ¶ Quid mltã? Tũc sup clarissima cãde labrum nõ cõtenendæ altitudinis, posita ẽ lã
cernula dei, qñ tu, quẽ illuminabat lux uera, & uerus accendebat ignis, regimen suscepisti
Ecclesię Sigebergenis. O q̄ multi iam ex tunc in lumine gaudere cõeperit. Omnis simplex
oculus lõge lateq; manentiũ, maximeq; in domo magna quæ est Agrippinẽsis siue Colo
niẽsis Ecclesiã, flammã tui luminis libetẽr aspicebat; & si quis erat nequũ oculus, q̄ tibi ad
uersaret, hoc ip̄m qd̄ sibi grauis effes etiã ad uidẽdum, fateri nõ audebat. Tanta erat tui lu
minis autoritas, ut statim cõtra se dictũ putare posset illud Propheticũ, uæ qui dicitis ma
lum bonũ, & bonũ malũ, ponẽtes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras. Interea dum familia dñi,
sup quã tu fidelis seruus, & prudẽs constitutus eras, cui corde flammato & ore luci do uita
a ternã Euangelizabas, merito & numero augeret siue multiplicaret tu tamẽ in oculis tuis
paruulus & ferẽ nullus eras, qd̄ maxime p̄cipiebant hi, qui familiares tui, qui familiares tui
de salute animæ familiarius colloquiũ habebant; qd̄ ip̄e ego p̄sentis, animaduerti nonni
hil, imò multũ ad te attinere illud Propheticũ: Quare dicitis iacob & loq;ris iisrahel, abscon
dita est uia mea à dño, & iudiciũ meũ à deo meo transit. Nunquid nescis, aut non audisti?
Deus sempiternus, dñs, qui creauit terminos terræ, nõ deficiet neq; laborabit, nec est inue
stigatio sapiẽtiæ eius, qui dat lassio uirtutẽ, & his qui non sunt fortitudinẽ & robur multipli
cat. Itẽq; illud: Ego deus tuus apprehendẽs manũ tuã dicẽsq; tibi: Ne timeas, ego adiuui te.
Noli timere uermis iacob, qui mortui estis ex iisrahel. Ego auxiliatus sum tui. Hmõĩ respõ
satura humilitati esse congruẽtia, si haetenus nõ aduertisti, at saltẽ nunc attẽde, cõmonitus
augmẽto gratiẽ seu magnitudine beneficij, quod altissimo nõ nulla de te cura sit. In primis
hãc appellatio noli timere uermis iacob, qui mortui estis, & si
milibus tui, imò cunctis humilibus corde, qui didicerunt à bono magistro dicẽte: discite à
me, quia mitis sum et humilis corde. ¶ Humilis quisq; sp̄itualiu pater filioz, et uermis ẽ,
et iacob: uermis quidẽ, suo: iacob aut̄, dei iudicio, iacob deniq; magnus homo fuit, et mul
tos habens mares filios, pro causa unius foeminae, quã solam filiam genuit, afflictus est, et
tristitiã habuit. Sic nimirũ uiri apud deũ magni, qualiũ oim uiuẽtiũ tu mihi notissimus es,
cum multas habeant uirtutes, multosq; (ut et tu habebas) filios sp̄ituales, aliquã habet qua
si filiã, id est, infirmitatẽ occultã, pro qua dum quis humiliat coram dño, et uermis est et i
acob: uermis (ut dixi) suo. iacob aut̄ dei iudicio; et mortuus est sibi, id est, timet se illa infirm
tate mori, sed uiuit deo. ¶ Noli ergo timere, dicit tibi, ego auxiliator sum tui, et ab effectis
probas, quia non fuit nec est à me abscondita uia tua, nec à me iudiciũ tuũ transit, sed hoc
potius dicito. Tu deus qui uidisti me, & iudiciũ meũ, hoc quod iudicasti, & qui se humili
at exaltabit, non transit à te. Ego quoq; cum ipso deo interrogante, uerbis ipsius interro
go te, qui cũ de hmõĩ secretã aliquotiẽs haberemus colloquẽtione, uolebã consolatu te eẽ.
Nunquid nescis, aut non audisti? Videlicet istud quod sequit̄, Deus sempiternus, dñs qui
creauit terminos terræ, nõ deficiet neq; laborabit, scilicet ubicunq; uel quotiẽscunq; infir
mum curare uel pauperẽ honestare uoluerit. Cuncta em̄ possibilia, cuncta facilia sunt ei.
Nec est (inquit) inuestigatio sapiẽtiæ eius. In quo? Nimirũ ut secundũ causam præsentẽ lo
quar, in eo quod dat lassio uirtutẽ, & his qui nõ sunt fortitudinẽ & robur multiplicat, id est,
qui electũ suum prius dimittit lassari, & lassitudinẽ suam agnoscere, ita ut penitus sibi uideat
non esse, siue nihil esse, & tũc demũ uirtutẽ dat, tũc demũ fortitudinẽ et robur multiplicat.
¶ Non ita est cũ fortibus, non sic agit cum sanis, id est, cum illis qui sibi iusti uident, & in las
is confidunt uiribus. Sed quid? Continuo subiungens, deficient pueri, & laborabunt, etia
ueneres in infirmitate cadent. Pueri namq; re cti dicunt, qui sunt inexperti, quiq; in tentationi
bus

bus non militauerunt, iuuenes aut qui sibi uidetur fortes, & quasi de suis uirtutibus superbi
 unt. ¶ Manifestum iam te habere non dubitamus iudiciū siue experimentū, quod uia tua
 dño abscondita nō fuerit, & iudiciū tuū à deo tuo non transferit, quia cum nescires, cū pñs
 non adesses, imò longe remotus abesses: Ratisponensis ecclesia pastore suo uiduata, pasto-
 rem te, id est, Pontificē sibi elegit: quæ magna est gratia, donūq; Pōtificis magni, qui celos
 penetravit, quæ admodū Apłus dicit, & ipse dedit quosdā quidē Apłos, quosdā autē Prophe-
 tas, alios autē Euangelistas, alios autē Pastores & doctores. Cum clerus & populus in partes
 pro eligendo sibi pastore diuideret, fieretq; periculosa partiū cōtentio, alijs hūc, alijs illum
 clamantibus, iamq; prope esset ut seditione inualecente ad arma cōcurreret, un' sapiētior
 cæteris, cuius cor deus tetigit, repente tuū nomen in mediū protulit, teq; eligi consuluit, &
 protinus totus ille partium motus conquieuit, & in te unū, quæ diuisa fuerat, unitas eccle-
 siæ concessit. Cuius nutu, cuius intuitu taliter credamus actū, nisi illius, de quo Apłus, ipse
 est (inquit) pax nostra qui fecit utraq; unū: Gaudeas igit, quia (sicut iam dixi) nō ita fuit uia
 tua abscondita à dño, quin uideret te quī paruulū inter multos, quos habet ipse regendos
 siue disponendos. ¶ Ergo ne (ait aliquis) gaudendū est in re huiuscemodi? Nōne potius re-
 nitendū est, scđm exemplū Moyfi, cum mitteret ad tantū misterū, ut fieret pp'o Israhel
 dux & princeps liberationis, educendo eos de terra Aegypti? Ad hęc in quā. Nōne & il-
 lius exemplū sequendū est, qui cum audisset uocē dñi dicētis, quē mittā, & quis ibit nobis,
 dixit, ecce ego, mitto me: Nimirū Moyfi quidē humilitas laudanda, & in exemplū pro te
 pore & re assumenda est: sed præter humilitatē, aliam quoq; rationē habuit, quæ ex uerbis
 istis intelligit, quæ dixit, postq; semel & iterū, ac tertio recusauit. Obsecro (inquit) dñe, mit-
 te quem missurus es. Quisnam erat ille, nisi de quo Patriarcha Iacob prædixerat, donec ue-
 niat qui mittendus est: Christū ergo iam ad salutē populi sui nimīū festinus mitti uolebat,
 & idcirco recusabat. At si diceret: Non ego uicarius eam, sed ille obsecro iam ueniat.
 ¶ Itaq; præter istū qui eiusmodi cām intendebat, ostende mihi aliquē, qui iustus inire offi-
 cium siue ministeriū eiusmodi, laudabiliter recusauerit: nisi forte recusantis esse putes, quod
 Hieremias dixit, ah, ah, ah: Dñe deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. At ille hoc di-
 cere potuit nō recusando ministerium, sed potius optando sibi augeri donum, quod & pro-
 tinus factum est, quia misit dñs (ait) manum suam, & tetigit os meum &c. Illi ergo maxi-
 me laudabiles sunt, qui dilectōis instinctu, ob salutē proximorū, semetipos offerunt, sicut et
 Helizeus se offerens; oro (inquit) ad Helyam, ut fiat spiritus tuus duplex in me. I. spūs ope-
 rationis uirtutū ut duplicia, quā tu fecisti signa possim facere; p quæ cōmoueat populus,
 & nō obliuiscat dicere illud, quod te agente dixit: Dñs ipse est deus, dñs ipse est deus, contra
 quem Iezabel impia nititur. ¶ Congratulantis animo cuncta hæc tuæ sanctæ loquor pa-
 ternitati, & inter hæc nō præteribo illud, qđ ualde placet oculis nostris, quia nō nihil habes
 de imitōe beati Martini. Iam uero sum pro ep̄atu (ait scriptor uitæ eius) qualem se quan-
 tumq; præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere. Idem em̄ cōstantissime perseverabat
 qui prius fuerat, eadem in corde humilitas, eadem in uestitu eius uilitas erat, atq; ita plenus
 qđ defereret. Vidimus te præclare ciuitatis ep̄m, uernecū pellibus & pulla desup cappa co-
 opertum, siue affibulatū præcedentē, & euntes post te præclaros utriusq; tam clericalis q̄
 laicalis ordinis spectabiles uiros, peregrinorū murium pelliculis scđm morē uel honorem
 suum coloratos siue defloratos, in eo sapientes, quod ep̄m se habere uel sequi gauderent, ta-
 lium cōtemporem, censu diuitē, affectu uel habitu pauperem, in corde humilem, in uesti-
 tu uilem, in mensa sibi cōmuni, cū dignitate ep̄i p̄positū monachi uirtutemq; nō deferen-
 tem. Hoc esse dixi, de imitatione beati Martini. ¶ Vnde nō uanā fuisse cōstat illius san-
 ctimonialis uisionē, quā audisti. Referebat, dictū sibi per uisum, occurrendū eē btō Marti-
 ni, festo die suo, in ipsis rogationum diebus tunc imminentibus, quæ ante ascensionē domi-
 ni ex more celebrant. Mirabat illa pro nuncio huiuscemodi, sciens & in somnis quoq; me-
 moria tenens, festum beati Martini non agi diebus illis, sed longe alio tempore anni unde-
 cimo die mensis Nouembris. Non ergo multum attendens uisum uelut ociosum reti-
 cuit, donec tu, quē uenturū esse non añ uisum illū sciebat, electus aduenisti, die rogationū.

Electio Cuno-
 nis in ep̄m
 Heb. 4.
 1. Cor. jz
 Ephe. z
 Quæstio.
 Exo. 3
 Responso
 Esa. 6
 Exo. 4
 Gene. 49
 Non licet re-
 cufare mini-
 sterium euan-
 gelij
 Hierē. j.
 4. Reg. 7e
 3. Reg. j8
 Cuno similis
 B Martini in
 ep̄iscopatu.
 Visio cuiusdā
 Monialis.



Christus honoratus i
nonis suscepti
one

Num. 22.

Mat. 27

Eph. 3.

Episcopo testanda est, ex
plo christi, hu
militas

Prouer. 15.

Mat. 20

Luc. 22.

Visio de mini
stratione christi
in missa.

Can. 7

Ecclesiastes. 7

Ecc. 34.

Luc. 22.

Ecclesiastes. 9.

Prælagium ui
sionis de Cus
none.

Dominus p
tectio tua, sus
per manu de
xeram tuam

Psal. 120.

Can. 7

¶ O quanta cū lætitiā clerici & populi, quanto cū tripudio nō solius ciuitatis uerū etiā totius patriæ, quātis cū laudibus Christi ciuitatē introiit: Cuius laus, cuius erat ille honor? Nunquid tuus, aut tibi debitus? Ergo tibi uerbis cōgruētibus uicē rependere uolo. Nam quā solitus eras uel mihi uel de me alijs dicere, quā ea, quā scriberē ego, mihi nō magis imputares, quā a finore ego sibi dico, quā tantā illius susceptōis gloriā, ferē nō magis tibi ascribo, quā illā gloriā suę honorē, laudesque turbarū cū palmarū ramis occurrentiū dño, ascribere uelim illi, cui sedebat, a seculo. Non enim propter se sed propter fessore suū dignus erat assellus ambulare uia strata uestimētis hoīm, tantisque circūdari floribus & ramis palmarū. Sic nec tu taliter suscipi dignus fuisti propter te metipsum, sed propter habitantē in corde tuo pro fide Iesum Christū. Hęc uides illa iā dicta sanctimonialis, uisum quē uiderat, ad te pertinere, recognouit, & ex tunc quibusque fiducialius enarrauit. ¶ De humilitatis tuę insignibus sermonē repetā, sperās & spem meā firmā missimā esse desiderans, quā in ipsa perseuerabis, & perseuerādo gloriā tibi in futuro thesaurizabis, quā nō gloria humilitatē, sed humilitas (ait Sapia) gloriā præcedit. Hoc tibi uel cordi tuo recte persuasisti, propter humilitatē filij hoīs, cuius gloriā & honorē beata dilectio diligis. Ipe enim dixit. Nō ita erit inter uos, sicut inter Principes gentiū, qui dñant eos. Sed quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister, & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Sicut filius hoīs nō uenit ministrari, sed ministrare, & dare animā suā redemptionē pro multis. Nōne quotidie hic filius hoīs ministrat, nobis in sancto altari ministeriū eiusdē ministro ministratē nobis, & audemus cuiquam dñari, nisi solis uicij? ¶ Audi me, adhuc unū quod narrabo tibi de eiusmodi, qualia supius narraui, quā sic uoluisti. Cū adhuc essem recentior, & pinde etiā attentior in ordine huius ministerij, sicut in officio presbyterij, uidi in uisu, pleno iocunditatis, ministrantē nobis istū filiū hoīs. Quid dicā, uel qualibus uerbis eloquar. Habitū gestūque ministrāris? Denique quasi in magna domo ad mensam decorā & magnā residētibus multis, ipse aspectu reuerēdus & amabilis, diffusulato ac deposito, quo sup tunicā amictus erat, pallio, manibus decentissimis, & incesu quē spectabili ministrabat, hinc, & inde ministratōne panis & uini. Erāt autē quasi crustula panis cādidissimi coccaua, uinūque fufum in se recipiētia, & ferculū hmoī omnibus ministrabat. Amplius dicere nō possum, nisi quia quod exprimi nō potest, salua maiestate ministrabat: & sic eū ministrare ualde decebat, tali uel tanto affectu, ac si diceret illud de Canticis. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. ¶ Et quidē uera est, & mihi tūc uera fuit snia: multas curas somnia, sed nihilominus uerū est, quia bonas curas plerūque bona & uera sequuntur somnia. Nō fuit hoc de somnijs eiusmodi, quæ multos errare fecerūt, imō ad ueritatē ducit, in eo quod mihi dulciter & sæpe cōmemorat, & tibi cupio ut cōmemoret illud dictū filij hoīs, ego autē in medio uestri sum sicut qui ministrat, & adiuuātē cōmemoratōe hac, ab eo quod coepisti humilitatis gradu cōminister sanctitatis nō desistas. Quid multa? omni tēpe (ait Sapia) sint uestimēta tua candida, & oleū de capite tuo nō deficiat. Scienti loquor, quia uestimētū tuū hoīb; quidē nigrū, sed deo & ea quæ dei sapiētibus cādida sunt, & oleū in capite tuo charitas est in corde tuo, quæ nunquā deficiat. ¶ Ego quidē dispendiū timere potui, pro absentia tui, scdm prælagiū quod uidi priusquā progredereis. Mancū me esse uidebā, dextera de cubito suo manu auulla, quæ res illud sine dubio, quod de te actū est, præsignabat. Veruntū bene utrūque erat, quia dextera ipsam, quæ uis auulsam, nō omnino amiserā, sed altera, i. sinistra manu deportabā, simulque quasi miraculū factū est, ut alia loco illius tenella manus dextera succresceret. Scdm hæc reuera te, manū dextera meā nō omnino amisi, sed adhuc in sinistra, i. in pritis uitæ cura tu mihi auxiliū qualecūque ferre poteris. ¶ Certiorē autē habemus & habere debemus pactetū, i. cōsolatorē, uidelicet eū qui dicit per Psalmistā: Dñs custodit te, dñs protectio tua, sup manū dexteram tuā. Quis ergo pritis tui careā, quæ sic habebā ueluti custodiā fidā, & dextera manū meā, nō sim quasi desolatus, sed ipse custodiat sperantē in se, qui custodire & prægere potest sup omnem manū dextera. Spem istā inter cætera nō nihil roborat recordatio miraculī, cuius ego in ope quod de Canticis Canticorum scripsi, mentionē feci, ubi dilecta loquit: Dilectus meus misit manū suā pro forame, & uenter meus intremuit ad tactū eius. Fateor de me quoque illā narrationē feci, sed quæ uerebar insipientiā meā, ne uiderer gloriari frustra, necessitatē nō habēs quā nūc habeo, quia si

quæ sicut sæpe dixi, tu me adiurasti: idcirco sic ipsam narrationem transfiguravi, ut et rem ipsam veraciter dicerem, & tui persona non posset agnosci. ¶ Ultimo tandem libelli huius capitulo exoratus se esse nouerit, quisquis ista legerit, ut non quasi insipienter subannare, sed quasi modesti parvuli cum copatibus attendere uelit, illam uidelicet, quam in initio horum dixi, secundum uerba Sapientie dicentis: Noli regibus dare uinum, noli regibus dare uinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscant iudicio, & mutant eam filiorum pauperis. Date sicera merentibus, & uinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscant egestatis suae, & doloris non recordentur amplius. ¶ Verba ipsa quam recitavi, libet aliquantisper aperire. Lamuel, quod interpretatur in quo deus, ipse est Christus, de quo Apostolus dicit: Quomodo deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Hic sese gratum habere & gratanter adimplere consilium istud spiritus Sapientie, dicemus: Noli Lamuel regibus dare uinum & caetera, dicit in Euangelio: Confiteor tibi pater, domine caeli & terre quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Denique & hic reges, & ibi prudentes & sapientes idem sunt, scilicet superbi, sensu suae carnis inflati. Istis ait: Noli dare uinum, id est, noli aperire, in modo claudere diuinorum profunda mysteriorum. Quam ob causam: Vides licet, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, id est, nulla oris custodia, ubi scia inflat. Secretum illud non est tibi, quod eadem sapientia desiderans alibi, cum dixisset: deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, subiunxit atque ait: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quia ergo secretum non est tibi, & alienis, id est, haereticis communes se faciunt: Noli (inquit) dare eis uinum, ne forte (quod saepe contingit) ita bibant, ut obliuiscant iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis, id est, ne male iudicent, de scripturis, & aliter interpretent, quam expedit salutem auditorum, quos tu pauper, tu ipse emittis & humilis corde filios tibi ex aqua et spiritu sancto regenerasti. ¶ Merentes & amaro animo siue egestes atque dolentes sunt iam dicti paruuli, id est, humiles, qualium est ille gemitus: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, qui in isto seculo consolari renouunt, & idcirco lugent, quia sponsus ab eis ablatus est. Istis date sicera, istis date uinum, id est, istis aperiat sensus, ut intelligant scripturas, legentes legem & Euangelium, & ita bibentes, nunc interim consolentur ex parte, donec ueniat quod perfectum est. Facite uos talem ego unus eram, quondam tam aetate adolescentiae, quam propria paruulus estimatione, ita tunc scierat lugens, & cum beato Iob, dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Sed bibi sicera, bibi uinum, eo modo uel ordine, quo fideliter denarraui, in quo quia (ut puto) satis feci tibi, iam nunc istorum sine faciens, interruptum subnectam siue repetam, ut compleam quod superest operis de gloria & honore filii hominis, sperans quod in proximo te uisurus sum.

Deprecatio ad lectorem.

Prouer. 31.

Lamuel, id est in quo deus, Christus est. 2. Cor. 5. Mat. 11.

Coloss. 2. Nullum secretum ubi regnat ebrietas. 1. Cor. 2. Prouer. 7.

Date sicera merentibus. Psal. 119. Mat. 2.

1. Cor. 13.

Iob, 3.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER XIII.



BENEDICTA GLORIA DOMINI de loco Sancto suo, ait illa, quam audiuit Propheta (ut longe superius memorare iam ceperam) uox commotionis magnae, & uox alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & uox rotarum sequentium animalia & iterum uox commotionis magnae. Ab illa commotione o gloriosum animal, quod nunc uidemus per speculum & in aenigmate, iuxta se pediculus flumens Chobar, aial quatuor facierum, quae tua quatuor sacra sunt, scilicet incarnatio, passio resurrectio, atque ascensio, illam faciem tuam iam iuxta propositum laudare cupimus quae recte dicitur facies leonis, uidelicet fortissimam atque iunctam uirtutem tuam resurrectionis. Eiusdem commotionis

Ezech. 3.

Facies leonis, sacramentum resurrectionis domini

ueraciter magnae, initium simul & plagiis fuit illud, quod te clamante uoce magna & emittente spiritum sanctum atque iunctam uirtutem tuam resurrectionis. Eiusdem commotionis

Mat. 27.